



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

II. Damnatio, & Prohibitio nonnullarum Propositionum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

ANNO 2 Appendix. ALEXANDER SEPTIMUS.

1665.

De judicio
& Judice.

De opinione
probabilis.

De obligatione Subdi-
torum ad
Principem.

Excom-
municantur con-
trarium de-
fendentes.

Quando litigantes habent pro se opiniones
æquæ probabiles, potest Judex pecuniam ac-
cipere pro ferenda sententia in favorem unius
pro alio.

Si liber sit alicujus junioris, & moderni, de-
bet opificio censeri probabilis, cum non con-
stet, rejectam esse à Sede Apostolica tanquam
improbabilem.

Populus non peccat, etiam si absque ulla causa
non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum similium propositionum
examini cura, & studium impeditur, interea
idem Sanctissimus re mature considerata statuit,
& decrevit, prædictas Propositiones, & unam
quamque ipsarum, ut minimum, tanquam
scandalosas, esse damnandas, & prohibendas,
sicut eas damnat, ac prohibet ita ut quicunque
illas, aut conjunctim, aut divisi docuerit, defenserit, ediderit, aut, de eis etiam
disputative, publicè, aut privatum tractaverit,
nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in
excommunicationem, à qua non possit (præ-
terquam in articulo mortis, ab alio quacumque
etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore
existente Romano Pontifice absolvit.

Insuper districte in virtute sanctæ obedientiaz
& sub intermissione Divini judicij prohibet
omnibus Christifidelibus cuiuscumque condizio-
nis, dignitatis, ac status, etiam speciali, &
specialissima nota dignis, ne prædictas opinio-
nes, aut aliquam ipsarum ad proxim ducant.

*Joannes Lupus Sanctæ Romanæ, & univer-
salis Inquisitionis Not. &c.*

Loco + sigilli.

*Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo
sexagesimo quinto, Indi. tertia, die vñ 2. mensis Octob.
Pontificis, autem Sanctiss. in Christo Patris, D. N. D. Alex-
andri, divina providentia Papa VII. anno undecimo, su-
pradicatus Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas
Basilicae Principis Apóstolorum, Cancelleriae Apóstolicae, ac
in Aula Campi Flora, ac in aliis locis solis, & confutis
Urbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctissimi D. N.
Pape, & Sanctissime Inquisitionis Curorem.*

II.

Damnatio, & Prohibitio nonnullarum Pro-
positionum.

Feria v. die 18. Martii 1666.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, &
universalis Inquisitionis habita in Palatio Apo-
stolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D.
N. D. Alexandre Divina Providentia Papa
VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis
DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica
Christianæ adversus hæreticam pravitatem Ge-
neralibus Inquisitoribus a Sancta Sede Apo-
stolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. post latum eretum die
24. Septembbris proximè elapsi quo virginis
octo Propositiones damnatae fuerint, exami-
natis sedulò, & accuratè usque ad hanc diem
infra scriptis aliis quadragesimum quinuum nu-
merum impletibus, per plures in Sacra Theo-
logia Magistros, ac per Eminentissimos, &
Reverendissimos DD. Cardinales adversus hæ-
reticam pravitatem Generales Inquisidores, eo-
rum suffragia singillatim super unaquaque ipsa-
rum auditiv.

Propositio 29. in die Jejunii, qui sèpius mo-
dicum quid comedit, etiæ notabilem quantita-
tem in fine comedere non frangit jejunium.

30. Omnes Officiales, qui in Republica cor-
poraliter laborant, sunt excusati ab obligatio-
ne jejunii, nec debent se certificare, an labor-
sit compatibilis cum jejunio.

De jejunio.

De eodem.

31. Excusantur absolutè à præcepto jejunii
omnes illi, qui iter agunt equitando, utcum-
que iter agant, etiam si iter necessarium non sit,
& etiam si iter unius diei confiant.

32. Non est evidens, quod consuetudo non co-
medendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem hora-
rum suppleri potest per quascumque Eleemosy-
nas, quas anteà Beneficiarius de fructibus sui
beneficii fecerit.

34. In die Palmarum recitans officium Pas-
chale, satisfacit præcepto.

35. Unico officio potest quis satisfacere du-
plici præcepto pro die præsenti, & crafino.

36. Regulares possunt in foro conscientia uti
privilegiis suis, quæ sunt expresse revocata per
Concilium Tridentinum.

37. Indulgentia concessæ Regularibus, &
revocatae à Paulo V. hodiè sunt revalidatae.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti

sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali

confiteendi quamprimum, est consilium non

præceptum.

39. Illa particula quamprimum intelligitur,

cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tan-
cum veniale osculum habitum ob delectationem

carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur,

secluso periculo consensus ulterioris, & pollu-
tionis.

41. Non est obligandus concubinarius ad
ejiciendam concubinam, si haec nimis utilis esset

ad oblectamentum concubinarii, vulgo regalo,
dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, &

alio epulæ rædio magno concubinarum affi-
rent, & alia famula nimis difficile inveniretur.

42. Licitum est mutuanti aliquid ultrà forte-
mem exigere, si se obliget ad non repetendam for-
tem usque ad certum tempus.

43. Annuum legatum pro anima relictum,

non durat plusquam per decem annos.

44. Quad forum conscientia, Reo correcto

eiusque contumacia cessante censuræ cessant.

45. Libri prohibiti donec expurgentur, pos-
sunt retineri, usque dum adhibita diligentia cor-
rigantur.

Quibus mature pensatis, idem Sanctissimus
statuit, ac decrevit, prædictas Propositiones, &
unamquamque ipsarum, ut minimum, tanquam
scandalosas esse damnandas, & prohibendas, si-
cuit eas damnat, ac prohibet: Ita ut quicunque
illas, aut conjunctim, aut divisi docuerit, de-
fenderit, ediderit, aut de eis etiam disputative,
publicè, aut privatum tractaverit, nisi forsan im-
pugnando, ipso facto incidat in excommuni-
cationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam digni-
tate fulgente, nisi à pro tempore existente Ro-
mano Pontifice absolvit.

Insuper districte in virtute sanctæ obedientiaz
& sub intermissione Divini judicij prohibet
omnibus Christifidelibus cuiuscumque condizio-
nis, dignitatis ac status, etiam speciali, &
specialissima nota dignis, ne prædictas opinio-
nes, aut aliquam ipsarum ad proxim ducant.

*Joannes Lupus Sanctæ Romanæ, & univer-
salis Inquisitionis Not.*

Loco + sigilli.

*Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo
sexagesimo sexto, Indi. quarta, die 23. mensis Martii,
Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alex-
andri, divina Providentia Papa VII. anno undecimo,
supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad val-
vas Basilicae Principis Apóstolorum, Cancelleriae Apóstolicae,
ac in Aula Campi Flora, ac in aliis locis solis, & confutis
Urbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctiss. D. N.
Pape, & Sanctissime Inquisitionis Curorem.*

ANNO

1666.

De eodem.

De come-
rtion ovo-
rum, & la-
cticinia.

De reflu-
tatione.

De fati fa-
ctione offi-
ciij.

De privile-
giis Regu-
larium.

De indul-
gentias.

De præce-
pto confe-
ctionis.

De eodem.

De opinione
probabilis.

De concu-
binatu.

De usura.

De legis.

De censuris.

De libris

prohibitis.

Dammantur
omnes, &
prohibentur
poena ex-
communicationis.